



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. XXIV. [i.e. XXXIV.] Romana Aquæ. Concessio aquæ, an & quando sit
precaria, & quandocumque revocabilis, vel potius perpetua, &
irrevocabilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-74102

54 DE SERVIT. AD MAT. AQVARVM DISC. XXXV.

Emilibus, quoniam habenti servitutem sufficere debet suum jus remanere salvum, atque cessante ejus præjudicio, impeditre non debet Dominus, quominus re sua pro libito utatur, & sic in ista facti specie, si Dominus fontis vel putei voluisset immutare locum, ex quo vicino non præjudicaretur, dixi, quod fieri posset.

Ct̄ traduxit ad domum & hortos prafatae Ecclesiæ, Supponebatur autē in actū hujusmodi appositionis fistula, quod dicti Cardinalis procurator protestatus eset, hujusmodi traductionem ad locum prædictum, fieri precario, & cum libera facultate Cardinalis eamdem aquam ad alium usum pro libito divertendi.

Obiit Cardinalis de anno 1607. ordinato in ejus bonis ad favorem descendantium ex fratre perpetuo successivo fideicommissario, quo purificato ad favorem Ptolomai Gallij Ducis Alveti, hic de anno 1657. tanquam heres fideicommissarius dicti Cardinalis immissione ab A. C. petiti, & obtinuit ad dictas duas uncias aquæ, utpote ad bona testatoris, & in ejus hereditate remansas; Introducta verò causa per appellationem in Rota coram Taja, firmatoque dubio, an immissio competenter, In hoc statu ex parte Ducis afflumptus, motivando, ut mea est confutatio, dicebam incongruum mihi videlicet judicium jam intentatum immisionis in vim l. final. C. de edito Dm. Adr. quod ulteriori heredi, seu fideicommissario passum in pax concedi solet, quoniam istud competit ad bona possessa per defunctum tempore ejus mortis, & sic ad bona in hereditate remansa, inter quæ non videbatur numerari posse istam aquam utpote ab eodem testatore vivente per annos 16. antea dictis Monachis concessam, & ab eis possessam, dum testator adhuc viveret, unde dici non poterat de bonis remansiis tempore mortis.

Et licet supponeretur etiam concessio precaria quandocumq; revocabilis, quod tunc pro certo in facto supponebatur, utpote probatum per publicum instrumentum; Dicebam tamen id aliud operari non posse, nisi quod in hereditate existere dicteretur ipsum jus, seu facultas revocandi dictam concessionem; atque subsequuta revocatione vendicandi aquam jure dominij, Nunquam vero competere posse hoc interdictum possessorum, quod necessario supponit possessionem penes defunctum de tempore mortis in praesenti omnino celsantem per annos 16. ante obitum testatoris.

Quatenus vero de judicio vindicationis ageretur, dicebam regulam assister actori, non obstante tam longi temporis intervallo, quoniam procedendo cum presupposito precarij, huic semper ineft revocabilitas, quia nec pacto, nec non cœfutidine precarium irrevocabile redditur. l. & 2. & l. cum precario ff. de precar. Burat. dec. 346. num. 5. ubi caseri.

Ad quod etiam conferro dicebam alteram receptam juris propositionem, quod in facultativis, quæ ad libitum voluntatis, quandocumque exerceri possunt, silentium vel patientia etiam mille annorum nihil operatur, nisi præcedat prohibiticum subsequita acquiescentia vel alio actu & qui polenti, ex ijs quæ in his terminis decursus aquarum sepius in alijs locis cod. titulo ad istam aquarum materiam deducta habentur; Maxime cum actor veniret jure proprio & fideicommissi independenter ab alijs ejus prædecessoribus, quorum negligenta sibi prædicare non potuit, nec aliquam prescriptionem inducere Peregr. de fideic. art. 41. num. 5. 16. & 17. Gratian. discept. 577. num. 44. Ciarlin. contriv. 107. num. 61. & seqq. Rot. dec. 220. num. 26. par. 11. rec.

Verum difficultatem faciebat, quod licet vera sit dicta juris regula super precarij revocabilitate, adhuc tamen ubi concessio respicit magnam cœfessionarij utilitatem, & consequenter ejus revocatione grave

R O M A N A

A Q V A E

P R O

D V C E A L V E T I ,

C V M

M O N A S T E R I O S . A G A T A E
C O N G R E G A T I O N I S M O N T I S
V I R C I N I S V R B I S

*Casus resolutus per Rotam pro
Monasterio.*

Concessio aquæ, an & quando sit precaria,
& quandocumque revocabilis, vel potius perpetua, & irrevocabilis.

S U M M A R I U M .

- Facti series.
- 2 *Immissio ex interdicto possessorio non datur baredi ad bona non possessa per defunctum tempore mortis.*
 - 3 *Precaria concessio semper est revocabilis.*
 - 4 *In facultatibus non datur possesso, nec præscriptio, nisi concurrence prohibitione, & sequitur patientia.*
 - 5 *In fideicommissis negligencia predecessoris non potest præjudicare successori jure proprio venienti.*
 - 6 *Quando precarium non sit revocabile.*
 - 7 *Cappellani manuæ quando removeri non possint.*
 - 8 *Declarationi quam concedens facit super precario, an debet consentire concessionarius.*
 - 9 *Quando adversus precarium concessionem detur præscriptio.*

D I S C . XXXIV.

G Regorius XIII. de anno 1579. Ecclesiam S. Agatae Vrbis, quæ est una ex titulis Cardinalitij, de consensu Cardinalis Ptolomai Gallij tunc Titularis, unâ cum domibus, officiis, hortis, aquis, aliisque membris & annexis, concessit cum subsequito effectu, Congregationi Montis Virginis, ut ibi unus Prior, & saltem sex Monachi religiose habitarent, dictæque Ecclesia inservirent: Et de anno 1591. idem Cardinalis Gallius obtinuit ab eodem Pontifice ejusque hæredibus, & successoribus quibuscumque concedi duas uncias aquæ Felicis, quas in ipso actu traditionis, sequi solitæ cum appositione fistula, dire-

grave infert damnum, scilicet præjudicium, econverso autem revocanti nihil vel parum prodest, tunc ex quadam recepta æquitate intrare videtur judicis officium pro hujusmodi revocatione impedienda, ex deductis per *Copoll. de servit.* *Urb. præd. cap. 79. num. 6. vers. 2.* fallit & *vers. 11.* elet *Cravett.* *conf. 832. à num. 17. ad 30.* Ad quod conferre dicebam, que in materia beneficiali habemus de cappellaniis manualibus, & quandocumque ad nutum amovibilibus, quia licet de jure talis eiset carum natura, & possint quandocumque revocari etiam sine causa. Attamen si remotio notabile inferat remoto præjudicium, vel circa famam, vel circa substantiationem, econverso autem non constet removentem ex aliqua justa vel honesta causa moveri, remanet hujusmodi facultas ex judicis officio refrenata ex deductis per *Cavaler. dec. 72.* & *non semel substit. de Canoniciis, & Capitulo in Materanen.* & in alijs.

Unde cum in praesenti hujus aquæ diversio, post spatiuum annorum 65. & ultrà, magnum damnum & incommode dicto Monasterio inferret, ac etiam aliqualem injuriam; Econverso autem nulla adest revocantis utilitas, dum id agebatur, ut alteri pio loco de eadem aqua fieret complacencia, non videbatur hujusmodi precarii revocatione admittenda.

Proposito dubio sub die 15. Februarij 1658. coram *Taja* negativa prodit resolutio, Tum ex præmissis, Tum clarius quia satis dubitatum fuit de fidei instrumenti in ea parte, in qua continebatur protestatio procuratoris, seu Ministri Cardinalis, & ex qua deducebatur precarium; Præfertim quia neque docebatur, ministerium Cardinalis hujusmodi facultatem habuisse, neque constabat dictam reservationem factam esse praesentibus Monachis, quorum consensum Rota dixit requiri, eodem modo, quo in omnibus contractibus *ad not. in l. i. ff. de preario, & cap. ult. extra eodem.* Quod ultimum motivum confensus concessionarii minus verum crederem, quando alia circumspectantia non accedente, jus concessionarii deducitur ex hujusmodi qualificata concessione, quam ipse dividere non potest, sed cum sua causa recipere debet, cum utriusque contrahentis simultaneus consensus requiratur in contractibus correspctivis & oneriosis, non autem in gratuitis & lucrativis, in quibus solus animus, solaque voluntas concedentis attendi debet, ita ut in casu dubio ejus declarationi deferatur *Ottobon. dec. 119. & 195.* & passim.

Dictum tamen motivum in praesenti dicebam relevans ad effectum præscriptionis & cessantis malæ fidei in possestori, qui precarii ignarus, credens concessionem suisse liberam, & de sui natura tanquam donationem inter vivos irrevocabilem, justam habuit prescribendi causam, ideoque justam censui resolutionem, præfertim attenta adeò longeva observantia etiam notabilis temporis vivente Cardinali, qui nunquam hujusmodi facultatem ad exercitium deduxit.

* *

NEPESINA

COLLECTÆ

PRO

COMMUNITATE FLAVIANI
ALIAS FIANI;

CVM

STEPHANO PIGNATELO.

*Casus disputatus in Camera, & decisus
pro Communitate.*

De jure pascendi, seu jure vendendi herbas, & pascua competente Communitatibus, etiam in fundis & prædiis privatorum cum jure prohibendi eisdem jus pascendi. Et quando hoc jus competere dicatur Communitatibus, seu aliis ratione condonarii, vel ratione servitutis. Et aliqua de præscriptione hujus servitutis juris pascendi, an requiratur immemorabilis ratione cause discontinua, vel potius sufficiat ordinaria, ratione cause continua.

SVM MARIVM

- 1 **F** Acti series.
- 2 **E**xemptio Civium Romanorum in distri-
bus non suffragatur quoad onera Cameralia.
- 3 Resolutio causa.
- 4 Herba est domini fundi, in quo nascitur.
- 5 Immemorabilis est difficilis probationis.
- 6 De duabus ejusdem rei dominii penes duos diver-
sis respectibus.
- 7 De distinctione quod Dominium fructuum natu-
ralium sit penes Communitatem vel Dominum
loci, & particulares sint Domini in solo indu-
striali.
- 8 De locis, in quibus ita servetur.
- 9 Quomodo probetur dominium.
- 10 Rei possessio præsumitur Dominus.
- 11 Venditio herbarum probat Dominium ven-
ditoris.
- 12 Item bannimenta & prohibitions.
- 13 Genitivum probat Dominum.
- 14 Quando initium habuerint onera Cameralia.
- 15 Quod magis conveniat titulus dominij, quam
servitutis.
- 16 Quid importet servitutis juris pascendi.
- 17 Advocatis juvenibus non ita de facili deferri
solet.
- 18 Quod servitus juris pascendi tanquam discon-
tinua requirat immemorabilem, reprobata di-
stinctio realis vel personalis.
- 19 De dicta distinctione inter servitutem realem &
personalē.
- 20 Quod dicta distinctio non sit vera, seu quando
procedat.